Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31636
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Dicebat autem & alia angustia magna regi eo quod
filios non haberet & quod morturus esset desolatam
relinquens domum. & successorem suo generis nullum
habiturus. Dum quoque nimis in hac parte fatigaretur:
rogauit dominum ut ei paruo tempore uitam concederet
donec filios habere posset. non prius anima priuaretur
ante quam fieret pater. Cui misericors dominus petitionem que
suscipiens quia non dolebat eo quod priuandus esset
bonis impii. sed ut filios haberet qui in eo principatum
succederent mittens ysaiam prophetam ei iussit dicere
quia per triduum diem casum languoris euaderet post hec
annis xv. superuiueret & filios generaret. Et dum
hec di mandata prophetia diuulgasset. prout nimietate lan
guoris & ea que inopinabiliter premitebantur non
credens. signum aliquod & indicium petiit ut faceret
ysaias. quatenus hoc dicentem sibi crederet & a do
eum missum uere cognouerit. Nam ea que ultra ratio
nem sunt & spe fortuita uidentur huiusmodi rebus cre
dunt esse uera. Et dum prophetam rogasset eum quod
uellet fieri signum. umbram solis petiit decem gradibus
ab eo loco unde ueniebat remeare. Et dum prophe
tam rogasset dominum ut fieret uidens rex impletum esse quod
uoluit repente dissolutus a languore descendit
in templum. & adorans dominum uota debita celebrauit
Consiquidem tempore contigit assyriorum regnum ame
dis solui. quod tamen in alius indicabo. Rex itaque ba
byloniorum baladas misit legatos ad ezechiam
portantes munera. & ab eo poposcit ut ei esset
socius & amicus. Ille uero legatos libenter excipiens.
& thesauros eis ostendens. & armorum instructi
onem & aliam copiam quam in auro & gemmis habe
bat simul & iam munera pbens regi balado
deferenda dimisit eos. Tunc ysaias prophetam uenit
ad regem & requisiuit unde uenissent quenerant
Qui dixit de babylonia eos a suo rege uenisse. &
ostendisse eis se uniuersa. ut uidentes diuicias.
& uirtutem regni cognoscerent & regi suo nunci
arent. Cui prophetam respondens. scito inquit non pmul
tum temp ad babyloniam filios tuos & diuicias
transmigrandas. insup & nepotes tuos eunuc
hos esse faciendos. & amissuros uirile nomen. & re
gi babylonie seruituros. Hec enim pdixit dominus.
Ezechias autem contristatus in his que dicta fuerant aut
non se quidem uelle suam gentem uitalibus erupnis incur
rere. sed quia impossibile esse quod apud dominum deliberata
sunt posse mutari. rogabat usque ad uitam ip
sius pax permaneret. Meminit autem baladi regis
babyloniorum perosus. Cum itaque prophetam ysaias indu
bitanter & mirabiliter de uentate confideret.
& nichil falsi penitus loqueretur omnia quecumque p
phetauit scribens dereliquit in libris. ut ex effectu
postea omnibus appareret. & non solus iste prophetam. sed &
alium numero xii. idem fecerunt & omne suue bonum
siue contrarium sit apud nos secundum illorum dictum puenire
dinoscitur. Sed horum singula denuo declarabimus.
Ezechias autem rex dum sup uiuisset tempus quod pdixi
mus. & omne illud spacium pace deguisset mortu
us est anno uite suue quinquagesimo & quarto in quibus
regnauit xxviii. Cui successit in regno filius ppe
noie manasses. de matre quidem nomine aphsiba.
Qui a patris uoluntatibus abscisus. & ad diuersa
conuersus omne genus malignitatis ostendit
& nichil impium dereliquit sed iniquitates israhelitarum
imitatus est quibus in dominum delinquentes affligebantur
Presumpsit etiam templum di polluere simul & ciuita
tem omnemque patriam regionem Nam spnendo dominum ad
hoc usque peuenit ut omnis hebreorum iustos occideret
neque prophetis parceret quorum cotidie singulos pume
bat & eorum sanguine hierosolymorum plateas irri
gabat. In his autem uatis dominus misit ad regem & ppl'm
pquos minatus est easdem eis futuras calami
tates in quibus incurrerant fres eorum israhelitae cum ei
iniurias intulissent. Illi uero eorum non credidere uer
bis quibus luctari potuerunt cum tem nichil mali
paterent opibus autem postea cognouerunt fuisse
uera. quae a prophetis dicta sed igitur dum in eis pseue
rarent bellum sup eos intulit rex babyloniorum &
chaldeorum Ls enim misso exercitu in iudeam & regi
onem eorum depopulatus est. & regem manassen dolo
captum & ad se deductum. habuit ad ea quae uolum
tormenta subiectum. Manasses autem tunc intelligens
in quibus malis esset & horum omnium se arbitratus
auctorem supplicabat dominum ut ei hostem suum clementem
faceret atque misericorem. Cui oratione dominus exaudiens
hoc ei concessit & remissus a rege babyloniorum
ad sua regna reuersus est. Cumque uenisset ad
hierosolymam priorum quidem delictorum quae cura
dominum gesserat studebat etiam memoriam si esset pos
sibile ab animo suo repellere & ad seruicium eius &
omnem cultum diuine religionis accedere tem
plumque purgare & ciuitatem. & ad hoc solum erat
de cetero constitutum ut gratias domino pdono salutis